



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 19. Joviniani Dondemnatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. quoque speciatim observari jubetur in  
 A.C. 389. Receptione Novatianorum, & Monten-  
 sium, seu Donatistarum Romanorum,  
 Concilio octoginta Episcoporum ab hoc  
 Pontifice, octavo Idus Januarii, Arcadio,  
 & Bautone Consulibus, (\*) id est, sexta  
 Januarii anno 386. celebrato. Inde no-  
 bis superest epistola Synodalis, novem  
 Canones, spectantes ad Disciplinam, con-  
 tinens, & ad Episcopos Africae directa.

Conc. Rom.  
c. 8.

To. 2. conc.  
p. 1028.

## §. XIX.

*Joviniani condemnatio.*

In altero Concilio Romano circiter illud  
 tempus, quo ibi Theodosius fuit, vel  
 paulo post, Hæreticus Jovinianus damna-  
 tus. Is annos pueriles in austeritate vi-  
 tæ Monasticæ transegerat, jejunans, pa-  
 ne, & aqua vivens, nudis incedens pedi-  
 bus, nigra veste tectus, & manibus suis  
 laborans. At relicto suo Monasterio,  
 quod erat Mediolani, Romam profectus,  
 errores suos vulgare cœpit, qui ad qua-  
 tuor capita reduci possunt; illos, qui  
 cum plena fide per Baptismum regene-  
 rati fuissent, a Dæmone amplius vinci  
 non posse. Omnibus, qui Gratiâ Bap-  
 tismi conservaverint, æqualem merce-  
 dem in cœlo obventuram. Virginibus  
 non esse majus meritum, quam viduis,  
 vel

Amb. ep. 42.  
n. 9.

(\*) Accurate magis post Consulatum &c.



vel conjugibus, nisi aliunde operibus suis discernantur. Tandem nullum esse discrimen inter eos, qui a cibis abstinere, & qui cum Gratiarum actione manducarent. Negabat etiam, Sanctam Virginem Mariam Virginem permansisse, dum Jesum Christum peperit, quod diceret, alias cum Manichæis Jesu Christo non nisi corpus phantasticum tribui.

Sæculum IV.  
A. C. 389.

*Ambr. ep. 42.  
n. 4. Aug. in  
Jul. 1. c. 2.  
& de hæer.  
c. 8.*

Jovinianus vitam Doctrinæ suæ conformem ducebat; splendide vestitus, & calceatus incedebat, pannis albi coloris, & subtilissimis tegebatur, aut etiam lineis, & sericis; cincinnatus balnea, & popinas frequentabat, alea, convivii, lautis ferculis, vino generoso delectabatur, quam vivendi rationem corporis sanitati conducere, color faciei floridus, & rubicundus, & spectabile abdomen testatum faciebant. Nihilominus non desinebat, se Monachum jactare, & ut fastidia evitaret, quæ Matrimonium sequuntur, cœlebs vivebat. Cum Doctrinam, genio hominum faventem, prædicaret, brevi Romæ multos habuit Sectatores. Multi utriusque sexus, postquam diu in continentia, & rigore vixerant, matrimonium inibant, & in vitam mollem, solutamque relabebantur. Nullum autem Episcoporum Jovinianus seducere potuit.

*Hier. in Jov.  
1. c. 25. c. 13.*

*Hist. Eccles. Tom. IV. M m m Imo*



Sæculum IV. Imo quidem Laici, ortu, & pietate illustres, inter quos Pammachius nominatur, Joviniani erroribus se opposuere; Libellum Siricio Papæ tradiderunt, in quo Jovinianus hæresin suam manifestaverat, ejusque judicium expetierunt. Papa Clericos suos convocavit; hæc Doctrina Legi Christianæ repugnare inventa est, atque omnium præsentium, Presbyterorum, Diaconorum, aliorumque Clericorum judicio, Jovinianus cum octo aliis, qui nominantur, tanquam novæ hæresis Auctores damnati. Decretum etiam, hos ab Ecclesia in perpetuum separandos.

Jovinianus, alique condemnati, Mediolanum, quo Imperator reversus fuerat, se contulere. At Siricius Papa illuc tres Presbyteros, Crescentium, Leopardum, & Alexandrum misit cum epistola ad Ecclesiam Mediolanensem, qua hæreticorum istorum condemnatio, & summaria errorum refutatio continebatur. Hinc omnes Mediolanenses novos hæreticos horrebant, atque Pontificis Legati obtinere, ut civitate ejicerentur. Episcoporum, tunc Mediolani cum S. Ambrosio præsentium, sententia Papæ judicio consentanea fuit, ad quem epistolam Synodalem dedere. Initio Pontificis vigilantiam Pastoralem laudant, deinde ex Scriptura errores Joviniani refutant, idque potissi-

Sæculum IV.

A. C. 389.

Ep. 2. Siric.

to. 2. Conc. p.

1024. Et ap.

Ambr.

Jovinianus.

Id. ep. 2.

Ambr. ep.

42. Id. ep. 42.



potissimum demonstrant, Sanctam Dei <sup>Sæculum IV.</sup>  
Matrem semper permansisse Virginem. <sup>A. C. 389.</sup>  
Huic epistolæ subscripserunt septem Epis- <sup>ep. 42. Id.</sup>  
copi, Eventius Cenomanensis, Maximus <sup>42. n. 4. 5.</sup>  
Emoniensis, Felix Jadrensis, Bassianus <sup>Esc.</sup>  
Laudensis, Theodorus Octoduranus, Con-  
stantius Arausicanus, & Aper Presbyter  
nomine Geminiani, Episcopi Mutinensis.

In hoc Concilio Mediolanensi, vel <sup>Sup. XVIII</sup>  
quodam alio, paulo post celebrato, cui <sup>n. 10.</sup>  
Episcopi Galliæ intererant, condemnatio  
Ithacii, & ejus factionis hominum, anno  
præcedenti pronuntiata, rursus confirma-  
ta; nam ordinatio Felicis Trevirensis, in <sup>Prosp. Chro.</sup>  
qua Ithacianorum prævaluerat potentia, <sup>ann. 389.</sup>  
turbarum in Gallia causa erat, & ipse per <sup>Conc. Tau-</sup>  
Epistolas, Pontificis, & S. Ambrosii a Com- <sup>rin. c. 6.</sup>  
munionem separatus, quod statim post cla-  
dem Maximi, Ithacianorum Patroni, con- <sup>Isidor. de</sup>  
tigit. Ithacius non solum Episcopatu <sup>vir. illust.</sup>  
depositus, & excommunicatus, sed & in <sup>c. 2.</sup>  
exilium missus, ubi sub Theodosio, & Va-  
lentiniano, nempe circiter post duos an-  
nos e vivis cessit. Dum S. Ambrosius <sup>Ambr. ep.</sup>  
hoc Concilium agit, triste nuntium de <sup>51. n. 6.</sup>  
cæde Thessalonicensi affertur; res ita se  
habuit.

## §. XX.

*Cædes Thessalonicensis.*

Bothericus, qui copiis in Illyrico præ- <sup>Soz. VII.</sup>  
erat, & Thessaloniæ degebat, auri- <sup>c. 25. Ruff.</sup>  
M m m 2 gam <sup>hist. c. 18.</sup>